

DISDACALIA III.

In fugam Veneris consideranda fuga.

gnus sane, qui voluntarie e. cidit: igitur vul- nerum remuneratio digna temeritatis pro ostentatione fragillissimæ virtutis.

12 Tam in bestijs ferocibus, quam vi- rulentis reptilibus, obijciuntur pericula Ven- eris, atque vulnera lethalia humane fragi- litatis : quæ eliduntur præcipiti fugâ, non occurfu; ex quo contentio : igitur corruct infelix in animæ mortem, quisquis sibi cre- dens inducitur in certamen. Sat erit impel- lenti concupiscentiæ, occasiones advenien- tes impugnare, captâ per gratiam virtute ex resistentia, ubi impossibilis fuga. Provo- care amentia est: quippe quò magis certami- ni accedit, aduersarius vires fumit: decertan- que paulatim, valens fugâ propriam oppri- mit virtutem; quomodo quæsiuit improvidè certaminis occasionem. Tuta erat palma, cum esset fugiens in tuto: vulneribusque in- flictiis nulla datur miseratio; quippe quæ- rentes periculum, dolores, vulnere præmi- um: igitur victoria cui certaminis com- placuit, bestia vel serpens occurrit, & sine excusatione superbi abrupti consilij vanæ virtutis ex ambitione labilis occasionis: quandoquidem præcognoverat in certamen vel belluam trucem, vel venenatum serpen- tem. Incantatio serpentium (de qua Tom. 7. Tautolog. 2. à n. 36.) dicitur, ubi illorum sus- penditur motus, & admittit sensus. Secus ac- cidit, dum occurrit serpens femina, & pro- victoria falsa virtutis fovetur audacia: equi- dem Venus meditatur trophæum, modò vel vafre consequatur occursum. Quo maior virtus, desperanda salus: igitur cum frau- dulenter cedat, ut fascinatione inficiat (quæ omninò evanesceit, si incantandus fugerit) mittens per oculos tela, ut lumine cadat ani- ma; dum occurfus in pugnam cogitatur, Venus audace potitur: quandoquidem cum sopiat certantis sensum, qui occurrit, in fu- gam non habet motum. Fugite fornicatio- nem: dicit Paulus. In hoc vitio fuga neces- saria, minimè pugna. In fornicationem de- signavit vitium: in fuga & celeri, alexiphar- macum; quippe cader infeliciter victoriâ, ni laurea insignis præmuniatur fugâ. Fugite, & salvabimini: gitor verus triumphus, ubi ani- mæ salus, quo valens virtute cavet fragilita- tem, & removet certaminis occasionem: quandoquidem amittit sensum, cogitans triumphum, qui ut extinguat conceptum peccatoris ignem, addit incautè totum potentiarum fomitem. Dicit Claudian. de 4. Con- sul. Honor. v. 264.

Qui querit, cadit.

Quid sit in- cantatio ser- pentium?

z. Cor. 6. 18

Ubi ignis, re- movendus fo- mes.

Claudian.

Tunc vivere castè, Asperius, cum prompta Venus,

Præcedenti Didascalâ disse- ruimus de occasione fugienda: in præsentî verò agemus de occasione fugæ: quippe sæpè periculiosior fuga sine occasio- ne. Temporibus medicina valer: frequenter- que, quæ medicina, nocet; quia in detetius præsentiora medicamina, ni opportunè in sublevamen adhibita: igitur plaga, qua pe- ctus vehementer ardet, importuno medica- mine intumescit.

Nec satis esse pntes discedere: lentus abesto, Dum perdat vires, sitque sine igne cinis. Ait vel Ethnicus 1. de Remed. v. 247. Paul- tim enim recedendum est, sicut occurrente serpente; quo in articulo gressus resiliendo cauti, ne ex præcipiti inconsideratâ fugâ animus corruat in fortiora retia. Suggestio- num argumenta (infit Gregor. Magn. lib. 32. Moral. cap. 17.) implicatis inventionibus il- ligantur; ut plerosque ita peccare faciant, quatenus si fortasse peccatum fugere appet- unt, hoc sine alio peccati loquo non evadant: & culpam faciant, dum vivunt, ac nequa- quam se ab una valeant solvere, nisi in alia consentiant ligari. Vulnus in Hydra multi- plicia redundabat in capita, fiebatque val- lidior inimicus ex pugna, victore cadente; quippe gladius adhibitus importunè. In vul- nus Hercules tendebat, verum idibus erra- bat: quandoquidem facilis inerat triumphus, si removeretur gladius.

2 Fugiemus, & terga: virtutem: phra- sis eâ præsentis Tautologie. Quis ergo terga non vertit, si fugit? Qui in tentatione vel fugiendo manet: equidem (cum tentationis fuga non stet in corporis motu, sed in ani- mo) minimè recedit à tentatione, qui ibi subsistit conamine; quoniam magis intendit ligari, dum anxie conatur solvi. Duntaxat dicenda fuga, qua vertuntur terga. Qui fugit, potest fugere corpore; verum ibi, unde fugit, cogitatione manere. Qui terga fugiens vertit, verè tentationem fugit, quia secum alle- tricem importat cogitationem: & non sol- lum in fugam Veneris exponitur fuga, sed etiam vertere terga; quoniam dolosè à ten- tatione subtrahitur, qui in ipsa fuga à cogi- tatione detinetur. Blanda species allicit va- luptatis, sed mentem in fugam veritæ fuga cogitata doloris. Attrahit sanè fœmina spe- cie,

Medicina si oportu- na.

Orid.

Greg. Mag.

Aliter vultu in by- dram.

Iosue.

Quenam fu- ra tentatio- nis sine fu- ga?

Erasm.

Maior ex fu- ga occasio, si fugitur in- tre.

Lucan.

esse; mulciminis dolo: magis tamen fu- gienti cogitatio. Hæc validior, quia fu- gienti propior, ex cuius compedibus etiam currentis intersecatur motus. Hic fugit, ex- terum terga non vertit; quippe ostendit in signum amoris faciem, dum in pecie, quam fugit, relinquit cogitationem. Vincula un- dique, & omninò vitanda pro cogitata vi- ctoria: fugientique congruit etiam vertere terga; igitur parvi momenti, quòd foemi- nam deviet, si se in fugæ cogitatione non fugerit. Anceps planè triumphus, quo dun- taxat fugit corpus. In fuga etiam avertenda facies, quæ tantum pendet à præsentia cordis: fugæque iungitur vertere terga; quoniam tunc in fuga clara victoria, ubi nihil cogitatur, nisi fuga. Ergo proposito. Etiam in fuga insidia cupiditatis, ornata illecebris, ut magis, qui fugiunt, subdole circumscriban- tur, irruentes in præcipitia, dum avertere conantur obstacula: unde cum aliquando sit damnum, quod primo oculorum iactu vi- detur emolumentum; considerandum etiam in ipsa fuga, quomodo vertantur terga: igitur declivius incautè corruit in rete, qui sibi videtur fugere.

3 Demosthenem adolescentem aliquan- do Diogenes Cynicus in diversorio depre- hendit, & cum ille, conspecto Diogene, in- troitum sese subduceret: Tanto magis (in- quit) in diversorio futurus es. Vide Laërt. & Erasmi, in Diogen. Gyn. Apophthegm. 33. Perproprie. Quo magis recedebat, intimius in probro stabat. Difficilior exitus, si recessus intorsus. Non egredietur rationis liber- tas, si non egredietur foras: siquidem in fu- ga maior occasio, dum fugit intrò. En thea- trum Veneris, structis subdole insidijs in cap- tivitatem cordium, portet ut valida etiam in despectis triumphum: equidem delicias prolubia formant, ne fugientes recedant, vel ne fugiant. Non fat fuga in periculo, ni fugientis etiam fugat cogitatio; igitur cum huiusmodi recessus sit intorsus; magis ac magis ingrediuntur in abdita labyrinthi, dum sibi videntur egredi. Fugebat Aulus Pompeianus Scævam Cæsaris militem, etiam vulneribus palpitantem. Vicerat fugâ, qua penetrantia tela; sed Scæva vel victus cir- cumventionem intraxit, quoniam qui fugit, nullo modo terga vertit. Sic enim apud Lu- canum 6. Pharsal. à v. 233. allocutus: Tollite & in Magni viventem ponite castris. Creditid infelix simulatis vocibus Aulus: Nec vidit retrò gladium mucrone tenentem, Membraque captivi pariter laturus & arma, Fulmineum medijs exceptit faucibus ensim. Solvat, ait, pœnas, Scævam quicumque sub- actum

Tollite & in Magni viventem ponite castris. Creditid infelix simulatis vocibus Aulus: Nec vidit retrò gladium mucrone tenentem, Membraque captivi pariter laturus & arma, Fulmineum medijs exceptit faucibus ensim. Solvat, ait, pœnas, Scævam quicumque sub- actum

Speravit: pacem gladio si querit ab isto. Non aliter qui se non superavit, & Venerem fugit, tractus à cogitatione propriâ, etiam meditata fuga: siquidem inconsultò præ- ceptis corruit in gladium, accessu concipiens triumphum. In discrimine invenitur valla- tus undique, fugam præcogitante cupiditas, & simul instruente, ne inclusus fugiat, imò vel in fuga cadat. Disponit & interpo- nit virgulas visco delectationis litas ac ple- nas, ut volucres cogitationes urgentiâ cupi- ditatis alliciantur illecebris; idemque sit collocare in terra pedem, ac mittere liber- tatem: igitur si fuga effugium, impossibilis prorsum, dum obijciunt periculum; quoniam expansis in recessum alis, magis illitis irru- tiuntur festucis. Cuncta ergo sit cogitatio, ne voluptuosa repat cupidinis circumventio: equidem cum viscus lenocinij in festucis non videatur, quia fraudulentè occultat; cla- ret in mortem animæ ianua, quæ videbatur vigilantæ festuca. Minima consideranda uti magna insidijs Veneris, cuius virtus in insi- dijs. Fuga meditanda ante occasionem, ve- rum in occasione præcavenda ob discrimen, ne viscus adhæreat pennis, iam pedis obex. Non cogitandus in libertatem recessus, quo- tuque totus removeatur viscus. Nequaquam carpenda fuga, ni sint excussa in effugium omnimodò impedimenta: igitur si fuga sic ex abrupto, ex periculo conspecto (cùm viscata nequeat evolare cogitatio) qui me- ditatur elapsum, magis ac magis devolvitur in periculum.

4 In Lazaro languente, mortuo ac sep- ulto describitur læticia articularis, illece- brarum progressus, imò, quòd lamentabile, triumphus. Vide Augustin. serm. 44. de Verb. Dom. secund. Ioann. & Bernard. de Assumption. Virgin. serm. 4. Languit Laza- rus, mortuus est, & etiam sepultus, quo loco iacebat foetidus, pedes & manus liga- tus. Denique ut clarescent magis mortis si- gna, facies illius sudario erat ligata. Domi- nus Lazarum vocavit, ac sine mora respon- dit; ne desperet de vita gratia peccator, et- si sepeliverit error: igitur accipiet pignus in vitam desperabilis salutis, qui responderit actutum voci lupernè vocantis. Lazare (di- xit Christus) veni foras, Quorsum igitur fo- ras, si revocabat in auras? Quò iturus, ni foras egressus? Intorsus.

Tuque ipse foras te prome sepulchro. Nec mora: connexis manibus, pedibusque repentè

Procedit tumulo: vultum cui linea texta Et totum gracilis connectit fascia corpus. Ita Iuvenius lib. 4. Evang. histor. à v. 396.

Vel minima consideranda uti mag- na.

Ioann. 11. 14.

Verf. 43.

Iuven.

Tu te prome, & foras, si evadere concupiscis mortis insidias. Sicine qui iam a cupiditate preventus, dum patet utrinde anfractus, ligatus pedes & manus iacet, imò nec videt; quoniam primus lascivix conatus est remove re visum, ut possit motum & sensum: cuius defectu pedem ligatus nequeat movere, nec velamine oculos in cœlum possit levare. Egrederetur, ni impedimenta gravarent in exitum: igitur maius periculum, quia insitit adstrictis relabebatur, cum exire conaretur. *Veni foras.* Ni foras veneris, non exhibis. In periculo, imò in morte iacebat, quem Assertor magna voce vocabat; ut relicta occasione peccati, etiam fugeret sepulchri. Venire, egredique foras dicitur; quoniam ni transiret foras, nequaquam egrederetur.

*Consequitur salutem, qui intra peccati occasum.*

5 Ulterius. Ratio admonet periculi iacentem; ut quantopere fugiat occasionis discrimen; quippequam in occasione vita amittitur gratia, patetque os infernalis sepulchri. Vox cœlestis audita iuvat ut egrediar iacens, inter catenas cupiditatis degens. Egreditur, sed relabitur pressus, quippe catenis onustus, exitu infelici sine exitu, verum maiore periculo, cœcitate cordis, & postea fraude Veneris: meditatoque foras designatur egressus, ne decipiatur animus, gloriosus de libertate, dum ampliori subest servituti: igitur minime egrediens egreditur foras, qui fugiens Veneris iugum, portat Veneris catenas. Meditatur sanè exitum, verum tamen in relapsum: igitur cum catenam portet, potest trahi à voluptate, quando Veneri placuerit. *Mira res* (in sic hic Rupertus) *sic enim ligatus nec pedibus ambulare, nec saltem manibus reptare, sed nec oculis, quò prodiret, potuit videre. Quid ergo nobis Evangelista hac prodeuntis descriptione innuit?* Mirabilia sanè magna, victa Veneris victoriâ: quandoquidem summum, vincum egredi foras in felicitatem libertatis, præ oculis stantibus Veneris impedimentis. Profectò signa magna, videre libertatem & simul vincula. Miraculum exponitur, ubi sic iacens educitur & egreditur: igitur cum necessarium in animæ libertatem relinquere prorsum catenarum occasionem; videre iacentem, & ita iacentem, liberum, quin adimeret impedimenta; miraculum. Occasio impedit varijs insidijs iacentium vota; quippe non audent rumpere vincula, quasi Deus abscessurus obstacula. Hæcine fallacia decipit oppressos, quippe maior ex confidentia libertatis dolus. Tunc libertas sine miraculo nequit fieri, nec sepultus valet egredi: equidem si miraculum expectat, ut egrediar, nunquam foras egredietur.

*Non egreditor, qui ab occasione recedat.*

Rupert.

6 Præterea. Aliqui in occasione peccati manent, sed exitum vident; quia facies sudario non est ligata, nec oculorum impedita lumina. Alij manent in occasione sine egressione spe: sique iacentes stant; quia etsi cognoscant periculum, non vident exitum, nec possunt habere motum; igitur ligati iacent, quantumvis surgere velint, timentes in maiora devolvi, dum ex abrupto sollicitant egredi: ita Lazari subacta libertas: illique dicitur, quòd egrediar & foras; quoniam forsitan interius introiret, cum exitum non videret. Semper ingerenda circumspectio, in urgentium periculorum articulo; ne corda adinstar avium, dum viscum excutere conantur, imprudenter implicentur: interiusque in abdita captivitatibus procedant, & peiora prioribus novissima fiant; quippe difficillius educitur, quòd profundius absconditur. Egreditur, sed intrò, in diuorem servitutum, qui faciliorem ex exitu habet peccandi occasionem; quoniam catenis illecebrarum fortius trahitur ab illecebris, quisquis fugit cum gravamine occasionis. Hinc ceciderunt catenæ de manibus Petri, lumine cœlesti conantis carcerem fugere: siquidem nulla fuga in fuga carpta, modò secum ferret vincula; quoniam catenis, quas uti trophæum traheret in libertatis indicem, denud ac sensim reduci quibat in carcerem. Infeliciter liber trahitur in ruinam, qui secum trahit occasionis catenam: perperamque stabilitur bonum libertatis, in ipso signo dedititæ servitutis. Egreditur, & egreditur foras, qui omninò mittit occasiones, captivitatibus catenas. Ideò adolescens in horto, amictus sindone super nudo, retentus à militibus, *reiecit sindone profugit.* Quod quidem facere non posset, si quo apprehensus, retineret: igitur liber esse in libertate non poterat, si haberet vel in fuga quo trahi quibat. In occasione manentem premit sub illice voluptatis dolor, qui à ratione designatur ut error. Trahit errantem circumventio, revocat ratio. Sepultus noscitur periculum, quarit egressum; verum nescit quòd eundem, ut secure egrediar. A voce divina impellitur, ne erret in egressu, qui iacebat in peccatorum sepulchro; quoniam non nunquam captivitas, ni egrediens procedat foras: forasque Salvator Lazarum iubet exire; ut in huiusmodi articulo cuncti confusant prudentiæ: equidem cum fuga rapta, potius catena quam fuga; voce cavet, dum egressum occasionis intenderet, ne interius & penitus in occasionem intraret. Vernaculè vivide: *Quando pretendens salire, se vanmetiendi mas, y mas en la ocasion.*

*Difficillius educitur, quòd interioribus absconditur.*

*Act. 22. 7.*

*Marc. 14. 51.*

*Fuga imprudenter rapta fit catena.*

Oc.

7 Occurrit nobile documentum hic à Ruperto signatum. Egressus est Lazarus, sed ligaturis & manus & pedes pressas. *Solvite eum*, dixit Dominus discipulis, quibus iam crederetur solvere & ligare, ut observat Augullinus, & Auctor præfatus: qui quidem tractum cogitans subdit: *Cavendum autem est eis; quorum hoc officium, vel potestas est, ne hunc modum prætereant: id est, ne ligent nisi mortuum, neque solvant nisi voce confessionis significante redivivum eundem esse de sepulchro productum. Nam si pro arbitrio vel animo suo viventem ligent, mortuum solvant, condemnantes iustum & iustificantes impium; ipsi illa non sua, sed Christi potestate se privant: & viventem ligando, sic mortificare nequeunt: mortuum solvendo, non solum non vivificant, verum etiam factorem ingerunt.* Cuncta consideranda, quippe sæpe pervertuntur cuncta. Faciem accipiunt peccatorum, & non criminum, ut profertur sententiam iuxta placitum; quasi possent impium iustificare sine impij dispositione: audentque solutione proferte ut vivum, qui ad vitam compunctione nec habet motum. Moveretur Lazarus, ut solvat manus Apostolica; ac dimissis vinculis luceat solutione gratia. Sic disponitur ad vitam peccator voce divina motus, ut possit ambulare solutus: aliter magis ligatur, dum solvi videtur; quia magis iacet, dum surgit, recipiendo sacramenti entitatem, sed nullo modo virtutem: hincque solutione non solvitur; quippe sine culpe penitudine, nec cordis ulla motione. Sepulchrum occasio est, qua anima ingeritur mors. Voce Dei vocatur in erroris respicientiam, ut concedatur absolutio per gratiam, ad quam destinantur Apostoli, per quos designantur Confessarij. Peccatore obumbrat Lazarus: qui ab Apostolis solvitur, postquam à sepulchro egressus; ut Confessarij discant, quomodo in simili articulo sese gerant: igitur minime solvitur mortui ligamen, prius quam peccator peccandi reliquerit occasionem.

Rupert.

*Confessarij officium.*

*Fuga peccati penitendo, quandoque solvitur occasio.*

8 Insuper. Dum ille audit, & conatur egredi, in sepulchro auscultans voci, haudquaquam ab Apostolis solvitur; quia nunquam egrederetur. Ex solutione Confessarij arbitratu penitens libertatem, non respiciens factam vel in confessione peccatorum penitendum: equidem facta omninò penitendo pectoris, ubi fovetur periculum occasionis. Ex peccati odio constat oris confessio, & cordis contritio, quæ solvitur manu Apostolica peccator, dum legem transgreditur, & sine quibus non solvitur: unde quosque Lazarus et tumulo exeat, ma-

*Confessarij audivit.*

*Quando absolutio negat, vel concedenda?*

nus non invenitur, quæ solvat; quippe impossibile odium peccati cum occasione amore. Hic latet dolus Saranæ insidiantis, damnum penitentis, & Confessarij morionis: igitur cum signet casum periculum confessio, ex qua solutio, si non fovetur occasio; maius ex cogitata solutione periculi nocumentum, quia penitens arbitratu se vivere extra periculum. Si ligatus iaceret, sese captivum occasione cognosceret, & occasionem in libertatem relinqueret. Solvite Confessarij imprudenter, & ille surgendo corruit; quippe magis ligatur, dum absolvitur, addens criminibus fragilegium, quod non percipit; quia Confessarij absolvit, fovens in sepulchro factorem & crimen, ac indulgens occasionem, ex quo maximum periculum: quandoquidem summum animabus nocumentum, iacere in arctissimis vinculis, & gaudere de felicitate libertatis; quia Confessarij insipientia vel malitia gravamini superimponens gravamen, sine solutione absolvit impenitentem.

9 Causa huius præcipit discutienda, Confessarij ita aulici accipiunt personas in confessione, abutentes potestate, quasi non esset a Christo, sed ad placitum ex animo. Nullus discipulorum Lazarum solvit, quousque Christus iussit, videns dispositionem internam, per dimensionem occasionis exhibitam. Manentem in occasione solvere prohibet, quippe de interno vulnere dolorem non habet. Solvere iubet peccatorem dolentem, averfantem peccatum & occasionem; in cuius penitudinis signum reliquerat monumentum: tuncque Lazarus ab Apostolis solvitur, ubi ad Christum dolore ductus moveretur; quoniam absolutio danda præ dolore cordis, nequaquam de plenitudine potestatis. Egressus est Lazarus: tunc Iesus dixit eis: *Solvite eum.* Perproprie & meditanter: ne abutatur Confessarij potestate, dum utitur munere. Solvere dolentem peccatorem congruit, cum Deus iusserit: equidem abusus potestatis, sine specie doloris demonstrare solum, quem Deus iubet habere ligatum; quippequam liber à Confessario dimittitur, prius quam à sepulchro occasione egrediar. *Solvite eum.* Non muneris & operæ pretium ligare, quem Christus præcepit solvere, neque dimittere liberum, quem habet præ amore iniquitatis ligatum: quandoquidem si munera varian-tur, dum penitentes & impenitentes consentitur; sese quarunt Confessarij, non quarunt quæ Iesu-Christi.

*Ubi super. De*

10 Perpende in articulo Salvatoris verba. *Solvite eum, & finite abire.* Quid hoc?

Detinent solventes? Detinent. Qui dispositum in gratiam solvunt, ducunt penitentem ad Christum: qui indispositum formam solutionis fallunt, habent proculdubio secum; ut a facilitate absolutionis commoda capient meditatae utilitatis: peccatoresque dimittendi, qui iam soluti; ut confict non quasi propria ex potestate tradita: igitur Confessarij solidum emolumentum medicinae vulnerum, atque salus animarum. Verum cum ad se ambiant trahere divites, & nequaquam ad Christum peccatores; absolvant, non ut peccatores convertant, sed ut peccatores habeant: igitur si non divitem penitentem haberent, sine absolutione eodem crimine rejicerent. Mensuram habent & mensuram, pondus & pondus sine pondere & mensura: igitur sine pondere gravia, ac gravissima levia; quia minime mensura iuxta rationis iudicium, sed iuxta quassum. Solvendi, qui solvendi, ut abeat: ligandi quiligandi, ut recedant. Non nisi animarum salus erit quaestus, quoniam secus non est salus: abutuntque signat Christus post solutionem; ut a ministris amoveat probrosam utilitatem: etenim quandiu huiusmodi, scabie pruriant, vel dolore penitentes sine absolutione abibunt. Aliter. *Solvite & finite abire.* Perperam, si abire non sinunt, quos solvant; & quia perniciose curiositas personarum post cognitionem criminum; & quia ex indebita solutione construunt sibi alienum damnum: quandoquidem a falso solutis non separantur, quia sub eadem catena peccatorum devolvuntur. Circumferuntur *omni vento doctrinae in nequitia hominum, in astutia ad circumventionem erroris.* Abijcitur sancta commendabilis simplicitas, & in lucrum tota incumbit operositas: ventusque dicitur in nequitia hominum doctrina prolata, quoniam a Confessarijs vento flante apratur prava doctrina; aliterque ad circumventionem mens sentiret, modo aliter ventus flaret. Ducitur navis conscientia huiusmodi vento, & summergeatur dum ducitur: quandoquidem penitens portum exoptans salutis, illiditur alicuius circumventionem erroris: maioremque Confessarius acquirat quaestum, cum penitens in profundum venerit peccatorum; etenim modo ille, quae desiderat, pariat; floccit facit, in mari quod navis anima pereat. Duntaxat tendit in utilitatem, quanvis illa inducatur in errorem: igitur ex erroribus penitentium, malus accrescit Confessarijs commodum.

Quoniam in circuitu rectorum Confessarij:

Improbatur, ubi ex mune re quaestus.

Ephes. 4. 14

Eius doctrinae soluta, & ventosa.

Scribon.

II Septentrionales venales habent ventos: ait Scribonius in Epitom. ex Olao Magno lib. 3 cap. 15 Hi doctrinam in ducto-

rum insidias, quarum in exitu dira calamitas: quandoquidem in errorem circumventio ventos vendit, prout cuique ad nequitiam placet. Si scrupulosus accedit, Confessarius alicuius dicitur pondus ventus. Si sceleratus & illex, in erroris latera inventus est minus habens. Alius depressus elevatur: alius elevatus deprimitur: crescunt minima, decreverunt magna: granum sinapis indicatur flagitium inavisi sceleris, scelus magnum, uti granum sinapis, quo iudicio pavidi ac impavidi penitentes in circumventionem inducuntur erroris: equidem ille virtutem timet, hic autem timenda penitus audeat: quoniam in commodum intuens utriusque Confessarius indolem, uti ventos in velamina habet doctrinam venalem. Hominem, uti pefsimus Satyrus averfus odovit, eo quod eiusdem oris flatu manus calefecit, ac intra refrigeravit. Patet error, nec respicit peccator. Non fertur, sed circumfertur, ut sine cognitione summergeatur: igitur dum cogitat vento doctrinae salutem, invenit in portu mortis omnimodam perditionem. Icirco dicitur *difficilis via navis in medio mari.* Non difficilis cursus, sed modus, dum idem flat equore toto ventus: quo symbolo pefsimus designatur Confessarius, qui habet in doctrina venales, iuxta penitentium pravos vel bonas inclinationes: igitur duabus navibus in oppositum tendentibus, ita coaptatur velorum moderamine status; ut victa contrariorum difficultate, alia videatur portum egredi, & alia ingredi.

Quid ventus venalis?

Confessarius improbus. Triton. ad ventos.

Proverb. 30. 19.

Ezech. 1. 6.

Assumit faciem peccatorum. non cri minum.

12 Cherubin videntur a Propheta uti animalia, quorum singularia insignia. Similitudo quatuor animalium: quatuor facies uni, & quatuor pennae uni. In pennis signatur scientia, in facie personarum notitia: & qui Cherubin scientia plenitudine sublimes, in huiusmodi visione notatur ut insipientes; quippe summa doctorum insipientia in doctrinae sanza cathedra, promptum calamum habere pennarum iuxta multiplicem diversitatem facierum. Omnia omnibus facti, ut fiant omnia; verum clarent & error & insipientia: igitur non movent pennas iuxta tenorem legum, sed iuxta faciem, acceptionem personarum. Habent duplicem tunicam & duplicem virgam: igitur si virga in directionem, & tunica in suavitatem, acerrime plectunt, quod occultare congruit: siquidem insipienter virgam exercent in iudicium, dum oportet pra amore proferre pallium. At hoc alias. Quae runt frequenter homines doctores Cherubim, ut scientia expellant ab animabus errorem; & piget invenire plenos scientia, ut ani-

animalia, quos directores incendit sequi conscientia: quandoquidem in circumventionem erroris (pennas affluentes iuxta penitentium facies, ventos doctrinae vendentes, prospicientes quaestum, captantes commodum) tunica dissimulationis & simulationis fovet, quae severe peccata virga corrigere debent. Describit abominacionem Ieremias. *Non poterat Dominus ultra portare (ait) propter malitiam studiorum vestrorum.* Studia debent dirigi in legum semitam, ut peccatores derelinquant malitiam: ceterum magis directione in peiora praecipitantur, propter malitiam studiorum dirigentium: siquidem minime errarent, si illos errare docerent: ducuntque ita malitiose in studijs, quaestus illecebris; ut sequantur errorem, quasi virtutem, quin possint respicere, Confessarium Cherubim auctoritate: quandoquidem nequit doloris ingenti motus, dum scelera indicantur tanquam virtus. Sat profecto hominum pravitas, ut serpat: usquequaque malignitas, quin in suffragium eius accedat auctoritas, Peccata Deus ob penitentiam indicatur Confessarius malitia studiorum adjuvat; quod Deus ultra nequit ferre: equidem vel divina patientia intolerabile; quod peccata atque crimina gravissima, malitia Confessatorum indicentur Dei obsequia.

Ierem. 44. 22.

Quo peccata gravissima, indicantur Dei obsequia.

13 Finem & modum indicat Bornitius Emblem. 44. quo lucrum elucet eminentium doctrinae ventus. Mira ab homine exponuntur excogitata, sed gradi per aquas sine summissione opera mirabiliora.

Bornit.

Ars ambulantia super aquas.

13 Finem & modum indicat Bornitius Emblem. 44. quo lucrum elucet eminentium doctrinae ventus. Mira ab homine exponuntur excogitata, sed gradi per aquas sine summissione opera mirabiliora. Sufflatis caligis medijs incedit in undis, In terra pedibus qui modo fecit iter. Includitur quasi in utre aer sicque conficitur iter: verum cum subtilis sit, continuoque e veste in sphaeram per rimulas egrediatur; quod altius stat gradiens, pondere corporis in profundum summergeatur. Hoc mare mundi magnum transcendendum, ut possimus in salutis appellere portum. Corpus animatum cymba manita legibus, ne operiamur tempestatibus, fletu divinae gratiae, cynosurae caeli, doctrinae gubernatrice. Facilius ac faustius videtur aliquibus, vento emptio mare pelagus, ut declinent magis prolabentes viam erroris, quippe habent ventos venales, prout cuique placet vel displicet. Sic cum errore, sed feliciter procedit, quin inveniat breviam & Syrtis, queis nolentes detinentur alia naves: verum cum ventus emptus uti ventus paulatim exeat, & tandem tandem deficiat: qui incedebant pleno velamine super aquora prosperi, usque in profunda demerguntur inferni. Adinstar

circini Confessarij debent regere & regis regibus, ut possint regere in leges: alias directi a perfectione aberrabunt, si directores a lege non diriguntur. Moveret sane navis in naufragium, modo magnetica acus non dirigatur in caelum: peccatoresque summergeantur criminum pelago, praecipiti delata Noto.

Cur circini confessorij sym-bolum

*Ceca timent aliunde fata, Sed improvisa letib; Sed rapuit, rapietque gentes.*

Horati

14 Haec obvia demonstrantur, ob mala quae passim doctrinae itulta videntur: equidem Confessarij non exponuntur uti murus in audaciam peccatorum, sed uti mulcimen in blandimenta criminum. Ergo instituto principali respondeamus. *Solvite eum, & finite abire:* dixit discipulis Dominus, postquam e tumultu suscitatus est Lazarus. Quare post solutionem abire iubetur, maxime ubi a cunctis miraculum expectatur? Forma exhibetur vere penitens, Dei gratia remoti a periculo occasio: peccatum indicatur dum solvitur a reatu culpa. Sepulchrum indicat occasionem peccati: abique inde post criminis solutionem, in respicientia verissimum indicem: equidem penitens vere penitet, ac sepultus qui pridem rite dolet modo, postquam a crimine sit solutus, ab occasione ciente procedat citro quam longius. Ni caute solutus abiret, iuxta occasionem staret: vocatque cogitationem in crimen, stare iuxta occasionem. Misit Eliseus unum de pueris, ut ungeret Ichu in regem Israel, illique dixit: *Post opus unktionis, fugies & non ibi subsibes.* Quodnam incommodum? Magnam Solitariam cum Eliseo instituerat vitam: propter obedientiam reliquit cellam: & fugit statim post ministerium; quippe summè legitur Monachum, sine necessitate adesse inter saeculares vel laevi momento temporis. Tuto Monachus saeculo oblitrepenti accedit, si Superior inierit, aliter in calles cadet: fugaque a Praefide iniungitur, ne post ministerium praepediatur. Laqueus latet, etsi accedat obedientia, ni statim capiatur fuga: equidem cum fallax omnino saeculum specie virtutis illiciat vagantis animum, saeculo adherent plerique sub obedientiae colore, quoniam deauratur inordinatus affectus, & collitur quasi virtus. *Ordo claustrij & ordo curiae divinus est* (ait Hugo de 12. abusum.) *Si vis esse Monachus curialis, laudas quod non debes, defendis quod non expedit, operaris quod non licet, loqueris quod non decet.* Haec omnino vana, sed non cognoscuntur nocua, quousque empti videantur dolores titulo necessitatis, & appareat quod illos non tra-

Ubi supra

4. Reg. 9. 3

Quam uti- lii claustra Monachij.

Hug.

xeric necessitas, sed bono nomine vagandi voluptas: quandoquidem si obedientia duntaxat procedentem impelleret, post ministerium iniunctum in saeculo non subsisteret.

15 Videtur aliquibus vanâ conversatione, magni à secularibus haberi; & fallantur, quia in illis non illos, sed sese quarunt: contrahentibus miseris Monachis ignominiam, unde captare cogitabant gloriam. Eodem articulo claret, quod his chamaeleontibus auferent. Ungitur Iehu in regem Istacl à fugaci Monacho misso ab Eliseo, & illi è cubiculo egredienti commilliones dixerunt: Quid venit insanus iste ad te? Sincere secum signant, quem extra congregationem vagum cogitant: igitur extra Monasterium Monachus, nequit esse nisi insanus. Hæc cogitatio secularium patet probri Monachorum: etenim si arbitrantur insanum, quem obedientia misit; qualem nam dicent, quem curiositas pepulit? Nunquam in cœtu aliorum, ita taxatus filius Prophetarum; imò habitus summa veneratione habitus gratiâ, salutarisque instituti: hicque uti insanus notatur, dum in saeculum egreditur; quoniam Monachus extra Monasterij septa, laborat profectò infania. Mentem namque amittit, qui, quod dereliquit, querit. Querit laudes virtutum? Non erunt, de quæis laudetur. Inter desipientes vel pretiosiora, villa. Elueet in huiusmodi ambitu Monachi infania, contracto dedecore, ex fomite vanæ gloriæ: siquidem cogitantem foris ostentare virtutem, reputant tanquam amentem. Secularibus novum, solitarium interesse castris militum. Unde idem Iehu, vel ab illo dignatus, obsequentibus dixit: Nostis hominem? Et quid locutus sit? Responderunt: Falsum est, sed magis narra. Monachus fide non dignus, si extra religiosos cœtus: & vel ab illo prolaturum ut verum, cogitant falsum; quoniam audire satagunt illum duntaxat in risum. Falsum est. Elueet quodnam secularibus iudicium de Monachis vagis, ut hi decident à cogitationibus suis: equidem si tendunt in saeculum vanâ ostentatione dotium, ut sibi arrogant honorem, ac ex dictis inhonorant maiestatem; sine ælimatione propudiosè desiciuntur, ut despectu confundantur: igitur dum se arbitrantur ex conversatione insignes, designantur ut amentes, seducti vel ledectores.

16 Fugies, & non ibi subsistes. Occasio ruinæ patet in huiusmodi periodo, & quomodo astute fugienda occasio. Peccatum vinces, si fugis: at cum subsistentia non datur in fuga fuga; quia licet removeatur

ab affectu peccati, ad recidivam remanet in occasione. Fuga perfecta, modò detur etiam subsistentia fuga. Fuga fit ex odio criminis; non subsistentia, criminis & occasionis: diciturque meditanter, fugies & non ibi subsistes; quippequam in fuga levis à peccato remotio, ni etiam criminis removeatur occasio. Utrumque necitur, ut illecebra peccati timeatur; quippe ita vafre procedit, ubi recte intendiculas disponit; ut licet recessu fugiat, magis ac magis, unde fugit, adhaereat. Non fugit qui ibi subsistit: & ibi subsistit, quem occasio retinet: equidem cum vera sit fuga criminis, modò absit, quo trahatur ab illecebris: non est recessus in meditata fuga, quia potest illic trahi ab occasione catena.

Prosequar, & currus utroque ab littore ovantes

Partiborum, astuta tela remissa fuga. Canit Propertius lib. 3. Eleg. 9. vers. 53. Fuga astuta est, qua removeatur, quod nocuum: & ni astuta, patet damnum; quoniam maiora imprudentibus tela proveniunt dirius à fuga: igitur dum tela fugiunt, magis sagittis accedunt. Dilecti dilecti, dicit David. Psal. 67. 134. gerunt, fugerunt, Hebr. Aptè fuga in fuga sine affectu subsistentia: equidem si affectus aliquomodo subsistit in corde; propius accedit occasio peccati, dum fuga videtur egredi.

17 Videtur homines hoc in articulo quasi pisces maris. At quibus piscibus similes? Proculdubio Astacis. Astacus piscis est (ait Ravif. Textor. Officin. lib. 7. cap. 41.) qui si longius à mari exportatus dimittatur, ad eundem irrepsit locum, ubi captus fuerat. Non recedit Astacus nisi tractus, et si periculis circumscriptus: etenim aliorum fit præda, detentus in putri, qua natus, aqua. Non capiatur, capitur, & foras educitur: huicque similis peccator; quippequam cum cruciamina ingerant nullo modo respicientiam in pectus, revertitur pravus homo in locum ubi iam captus. Ni omnino removeatur occasio, proclivitas cupidinis instat periculo, quin dolor præcipitem revocet, si modò voluptas titillet: igitur iacturam cognoscens, mortem conspiciens, occasionem inveniens, regredi parat & illò, ubi captus fuerat. Removeatur peccator ab occasione, ne gravi lædatur vulnere, exprimens cordis internam mediocritatem per confessionis dolorem: qui quidem omnino suspiciosus, si operatur tanquam Astacus: siquidem agræ cordis penitudo, modò peccatum non transeat, ubi occurrerit occasio. Minime trepidat, Antiquique memor metuit sublimia casus.

Insat occidit.

Astacus piscis qualis?

Ovid. Aptior

Verf. 11.

Monachus vagus, Secularis despectus, ut mentis impot.

Verf. 12.

Qua fuga à peccato perficitur?

18 Aptior in propositum similitudo iacet in Hippopotamo. Hic, ut ait Plinius lib. 8. cap. 25. Pier. Valer. lib. 29. cap. 15. Solinus & alij, astuto dolo aversus exit, fallentibus vestigijs, ne qua revertenti insidia comparetur. Apprimè idem Virgil. de Caco furace lib. 8. Aneid. v. 209.

Nequa forent pedibus vestigia recti, Cauda in speluncam trahtas, versisque viarum Indicijs raptos saxo occultabat opaco.

Quarente nulla ad speluncam signa ferebant. Sic igitur procedunt in peiora, qui videntur egredi prorsum à culpa: igitur cum retroverfi in criminum occasionem ingrediantur, magis adhaerent malo, dum egrediuntur. Vestigia falsa indicant recessum, & procedunt in introitum, ut tutius in scelere sedcant, iniquitate permanent, nec possint educi arte & prudentiâ ex periculis anfractu; cum uti hippopotami indicent vestigia iam egrossos: verum fallunt & falluntur vestis vestigijs, ut quiescant sine dolore impeccatis: quandoquidem veniunt intrò, prout trahit affectio; quoniam magis pravi adhaerent criminum occasionei, dum cunctis videntur occasionem fugere.

Fuga falsa.

19 Fugit Themis Iovem procum, sed nullum in fuga effugit; siquidem, ut observat Giraldus Syntagm. 15. deprehensa fuit in locis, ubi impressa fuerant eius pedum vestigia. Fictio peccatorem de periculo monet, quòd minime in ruinam cavet: igitur prospicere debet male fugere peccatum, cuius manserit ad occasionem vestigium. De Anacamperote (infit Plinius lib. 24. cap. 17.) cuius tactu redierunt amores etiam cum odio depositi. Efficacior femina species in turpi lubricitate occasionis: siquidem vincit aversantem fragaris affectio, etiam deposita ab odio. In occasione appetitum blandè allicit, quod ratio multis de causis avertit: patetque periculum ludentium illecebrarum, dum diligit etiam odium: simulque homo infelicitè corripit, unde, ne corrumpat, celeriter fugit. Nihil est tentandum (ait Seneca Epist. 22.) nisi cum aperte poterit tempestivè tentari: sed cum illud tempus diu captum venerit, exilendum est. Dormitare de fuga cogitantem vetat, & sperat etiam ex difficillimis salutarem exitum. Si tergiversaris, ut circumspicias quantum feras tecum, nunquam exitum invenies. Nemo cum sarcinis enatat. Quis gravi armaturâ emergere quibit? Quomodo immobilis egredi poterit? Sensim egrediendum est, ne diligentia perturbet, quod cautio in libertatem subtiliter struit, ut delect impressa vestigia, vel maneant nulla. Tunc non ambulans

Cur igitur additur lapsorum ruina, ubi de eis iam memorata victoria? Ut constet penitentia prevalentia. Alij in tentatione vincuntur, & corrunt; quippe iacent in crimine, postquam victi. Alij adhuc post ruinam remanet virtus, ne iaceant; imò quantoperè furgant. Non semper, qui victi, ruunt; quia super se levantur. Dolor levat, quos culpa gravat: habentque victoriam, quam amiserunt post ruinam; quoniam ruinæ ex gratiâ statu admiserunt penitentiam. Cor penitens dolore sanatur, ac valet quantum percucitur: rutilatque flos gratiæ ex guttis amaritudinis; quia adinstat Achillis lanceæ, animus

Lil. Gyrad.

Herbal. Scivie. Plin.

Sence.

Alba lilia.

Greg. Mag.

dum, sed exilendum: etenim ut removeatur peccatum, occasionei nec vestigium. Experiencia docet staccidam virtutem exiguam, si lasciviam invenerit occasionem: quandoquidem etiam tactu, occurrit, ac vestigio levi, redeunt amores vel cum odio depositi. Protrahitur prorsum à culpa, vel instante differentia inter eos, qui quodammodo tenent occasionem, aut à tentatione tenentur, de quo, Deo bono, Tom. 5. Tautolog. 2. Didasc. 1. ad illud Ruth. 1. 12. Revertimini & abite. Modò audiendus, vel Ethnics Trist. ult. Eleg. 14. v. 25. Esse bonum facile est, ubi, quod vetat esse, remotum.

DIDASCALIA IV.

Quæ amissa vita à culpa, reditur à penitentia.

Peccatores utpotè transgressores legis à cupiditatibus (ut ait Ieremias) victi sunt, ruunt. Cur igitur additur lapsorum ruina, ubi de eis iam memorata victoria? Ut constet penitentia prevalentia. Alij in tentatione vincuntur, & corrunt; quippe iacent in crimine, postquam victi. Alij adhuc post ruinam remanet virtus, ne iaceant; imò quantoperè furgant. Non semper, qui victi, ruunt; quia super se levantur. Dolor levat, quos culpa gravat: habentque victoriam, quam amiserunt post ruinam; quoniam ruinæ ex gratiâ statu admiserunt penitentiam. Cor penitens dolore sanatur, ac valet quantum percucitur: rutilatque flos gratiæ ex guttis amaritudinis; quia adinstat Achillis lanceæ, animus

Peplut quos fecerat ipse dolores. Alba lilia iisæm omnibus modis feruntur, quibus rosa, & hoc amplius lacrymâ suâ: ait Plinius lib. 21. cap. 5. Rosæ spinæ indicent acerbiter penitentia: compunctionem ex dolore ostendunt lacrymæ: & ut lilia sint alba, ultra spinas rosarum indigent lacrymâ suâ; quippe pectus compunctum albescit, nisi præ dolore ploret. Si uti rosa corda compunguntur, alba fiunt: amplius si feminantur in lacrymis, quippe incrementum ab internis guttis: additurque propria lacryma, ut sit clara penitentia; quoniam si dolore candorem à gratiâ accipiunt, lacrymis suis mirificè super nivem dealbantur. Peccator per penitentiam sicut innocens: infit Gregori. Magn. homil. 19. in Ezech.

Alba lilia.

Greg. Mag.

Ttt 2

Ger.

Tempestivè fugiendum, quin maneat fuga vestigium.

Ovid.

Ier. 46. 6.

Virtus penitentia.

Claudian.

Plin.

Alba lilia.

Greg. Mag.

Cur lachryma mirabilis?

Germinat sicut lilium post deploratum peccatum: innocentiæque cum candore præfertur, dum penitentia proponitur, quæ nonnunquam malum comitatur; quoniam si candor liliorum ab innocentia, amplior à lachryma. Semper innocentia opponitur penitentia, quia expellit connotationem peccati. Candor ab utroque provenit, quin oppositio in effectu utriusque discrepet; quia penitentium lumina sunt promptuarum, ex dolore fletu plena. Quid inde? Magnam. Eructant ex hoc in illud: ex candore in candorem, à claritate in claritatem. Unde cum mirabilis idem effectus à diversa causa; univèrsa in oculorum promptuarijs exponitur mirabilia; quippe qui verè penitens, apparet innocens.

Pl. 143. 13.

Arat.

Extinctum reparare genus, spes una remittit debita supplicij post crimina velle renasci. Ut ait Arator lib. 1. in Act. Apost. v. 200. Fallitur Ethicus, dum dicit in Aulul. Act. 4. scen. 10. v. 11. & in Truculent. Act. 4. scen. 2. v. 16.

Plaut.

Qui penitens, non innocens.

Qui facta infecta facere verbis postules. Non facile verbis, sed promptum lachrymist quandoquidem qui desit culpam, iam redoler innocentiã. Promptuarum lachrymarum eructant ex hoc in illud: igitur fletu crimina loca, quæ facta evanescent uti infecta; apparetque mirificus candor, qui videbatur derestabilis error. Peccavit homo? Inficiatur penitendo. Quid quærimus ultra? Quid accinit Paulinus Consular. Carmin. de Bapt. à v. 287.

Paulin.

Et tamen ulterior venia est. Violaverit ullus Hoc quoque polluto prolapsus corpore donum, Quæquam iam nimis longè processerit error; Desinat & redeat: si penitet, irrita culpa est. Quomodo irrita? Artifice penitentia: igitur sanguine cordis facit infecta de factis.

Thren. 1. 8.

Penitentia teguntur peccata.

3. Frequens phrasis Scripturæ, Peccare peccatum: sensum literalem latè delicavimus, Tautolog. 3. & 7. Modò sensu tropologico exponenda dialectus. Peccatum peccavit Ierusalem: inquit Ieremias. Quis ergo peccat sine peccato; ut crimine commissio, de Ierusalem sit dictum, illam peccasse peccatum? Cuius peccatum sollicitè à iustitia quæritur, sed nequaquam invenitur. Infelices, qui non dolent, peccatores: beati quorum remissa sunt iniquitates: igitur penitentia teguntur cuncta peccata. Qui peccat & doler, peccatum delet: negaturque peccatum, quamquam peccaverit; quoniam prorsum irrita culpa, si accesserit penitentia. Fieri quod infectum factum, dum factum

irritum, ac nullum peccatum in ipso peccato, quod delevit penitendo. Si pungit verà contritione dolor, evanescit error. Est peccatum quod peccatum, dum doloris nullum signum: obijcitur civitati peccatrici crimen patrum & noxam; quoniam tanta iniquitatis nullam egit penitentiam. Invenitur in iudicio, quod lachrymis non deletur; manet in peccatore, quod ictibus non exciditur: dicunturque cives urbis peccatum peccasse, commisso crimine; quippequam peccatum peccatores non haberent, si ad penitentiam condignam scelera provocarent. Sic enim exponitur Iulius Ezechielis: Peccavit delinquens: etenim si doluit, quasi nunquam deliquisset. Item Ieremias: Prevaricatione prevaricata: idem Isai. 24. 16-18. 8. igitur iniquitatum contritione obvia, in prevaricatione quasi non esset transgressa. Causam inventi peccati in persistentiã dicunt peccatores per Zachariam: Quod moritur moriatur: quod succiditur, succidatur. Per cordis compunctionem ac criminis penitentiam transferuntur homines de morte ad vitam; equidem reviviscit quod mortuum, & arte solidatur quod succisum. Mortuum erat, succisum erat: sed gratia penitentiæ cuncta transformatur: etenim cum iudicium sustineat, quod succisum & quod mortuum; peccatum, de quo dolor, fugit omnino iudicium: quippequam gratia in anima invenitur vitalitas, & iuxta legem integritas. Non sic impij, non sic. Calamum quassatum confringunt: illorumque invenitur peccatum; quoniam morte cognita, atque gratia separata, potius eligunt morte infeliciter mori, quam leviter respicere. Dies vitæ à Domino in inducias relaxantur: in averfionem peccatorum conceduntur: verum impij, ne amplectantur penitentiã, eligunt relaxationem; quippe quia mortui moriuntur, & moriuntur ut moriantur. Vox illorum ab Ethnico.

Ezech. 25. 12. Ier. 5. 11.

Zachar. 11. 9.

Et reddit in significacionis vita.

Malignitas peccatoris.

Ovid.

Augustin.

Senec.

Facioque nefas? Moris morte pianda. In scelus addendus scelus est, in funera funus. Nullus, vel visâ morte, conscientia dolor, quamquam cognoscatur scelus. Quid faciendum? Fugiendum à Domino in Dominum. Nemo enim rectè fugit ab illo nisi ad illum: ait Augustin. Homil. 50. inter 50. cap. 14. Quomodo? Quicquid amissum est, id diligenti usu animus presentis vitæ recolliget. Fidelissimus est ad honesta ex penitentia transitus. Ita Senec. in Præfat. lib. 3. qq. natur. Si in penitentia sit transitus, evanescit scelus: etenim in peccatum iam nullum, quia penitentia restituitur amissum.

4. Perfecis igitur cælo & terrâ, tam orna-

Gen. 1. 15.

Rab. Kimh.

Penitentia, quod factum infectum.

Cap. 3. 7.

Verf. ar.

Consultant indices damnatorum bonori.

naru, quam formâ ( etenim materiam superabat opus, quod infertaverat floridissimè cultus in pleniorè arridentem venustatem) operis sui Dominus concepit amorem: sicque vidit cuncta quæ fecerat, & erant valde bona; & factum est vespere & mane dies sextus. Sanè cuncta, quia à Deo, bona & bona valde: ceterum difficultas est in tempore, quo cuncta vidit, atque valde bona invenit. Sexto die, quo creatus, corrui homo: quomodo bona cuncta, & die sexto? Quia homo pravus eius præscriptam abdidit, necruit, & paradiso expulsionem. Eodem die à iudice Conditorè damnatus, & nequaquam damnaretur, si esset bonus: quia lege cuncta valde bona atque perfecta, si malus inter illa, propter quem omnia? Hora à duodecimâ Veneris (ait Rabb. Kimhi, citatque Lorin. in Psalm. 91.) pulsamque primum hominem de paradiso: reliquo die ac sequenti nocte mansisse in fletu & planctu: tuncque Deus vidit cuncta quæ fecerat, & erant valde bona. Fidelissimus est ad innocentiam ex penitentia transitus, cuius signum cordis fletus. Per innocentiam bonus, & valde perfectus homo: amisit innocentiam die sexto: viditque Deus, quasi nullum interfuisset peccatum; quippequam penitentia iam restituerat amissum. Bonus erat, & valde bonus, qui naturâ & gratiâ ad imaginem & similitudinem Conditoris factus: tunc innocens, impollutus. Per crimen amisit gratiam: verum cum dolor restitueret formam; vidit Adamum post ploratum crimen, præut viderat innocentem. Die sexto creatus & naturâ & gratiâ bonus. Corruit etiam die sexto, sed illicè accessit transgressionis penitendo: Deusque ipso die sexto valde bonum invenit; quippe peccati ex toto corde penituit.

peccatores corrigant, sed tantum ut erubescant. Si læditur à iudicibus stabilis honor, fugit ad crimina pudor: nullumque prætermittere avide crimen, qui poenæ causa amittit etiam pudorem. Modò in institutum. Si sibi iam ficus aptaverat perizomata, cur concessa nova tunica. Ut indueret eos. Disceant phrasim peccatores, & maxime meretrices follicatis vestibus incidentes: igitur vel in cultu nec species indumentis, quodcumque desumptum ex materia peccati. Induit eos: ut minime erubescerent per penitentiam, sicut non erubuerant ante culpam. Vestis hæc penitentia est. Erubescencia ex peccato: induitque eos, postquam peccatum plorant; quippe eius dolore non habent de quo erubescant. Induit eos, ut doceat, quinam peccatorum habitus: igitur post commissum grave crimen, non alia congruit præter penitentia vestem.

Dolor de peccato substat.

6. Clarius in Didascalizâ propositum. Induit eos. Quorsum pellicea veste, si iam induit? Ut clarescit effiacia penitentia. Perizomata erant signa peccati. Deus, dum illos induit, folijs arboris exuit. Si simul assumerent folia ficus, crimen videretur, vel transgressionis effectus; quæ omnino vera expellit penitentia, & ad iudicium illapsa de cælo gratia, qua penitens apparet innocens: Deusque ficus perizomata excussit, dum illos induit, quia peccati doluit; igitur modò deploratur peccatum, peccati præteriti nec ullum remanet signum. Obiter nota, quomodo Deus doceat fugere peccata. Ni folia arboris, in qua peccaverant, removeret; memoriã occasione transgressionis audacibus excitaret: cultumque ex folijs dirumpit, dum accedit penitentia; quippe peccati occasione in peccatum nec memoriã. Penitentia cordis punitionibus destruit, quicquid criminis invenit. Iustitia querit, plectiturque in discussione causæ, periam quod caret dolore. Manent vestigia criminis, ut perizomata, quousque compunctos induat penitentia: projiciunturque folia ( peccati commissi specimen ) peccatoribus deplorantibus crimen; ut qui Dominum fugerunt per culpam, confugiant ad illum per penitentiam, iudicio ingeniosè frustrato, dum à corde mittitur in tribunal penitendo: etenim si iudicium vel severum ingeritur peccatorum, ad discussionem causæ nec ullum habet vestigium. Causa à crimine compacta, quia imprimitur altè nota: equidem sumit peccator quodlibet scelere folium: quò scribit in damnationem delictum: quo sensu Alcim. Avit. lib. 3. Genes. v. 406. de Adamo prevaricante succinit:

Quo illius nec remanet signum.

Peccati occasio fugienda.

Alc. Avit.

Humentem capiens rufum de cortice librum. In ipsi folijs ficus prominerebat seclus. Vidit compunctus Adamus. Vidit, & doluit: intimo ex corde penituit. Penitentia, dum iustitia in vindictam irreverentia clamabat, dolentem folijs criminis exuebat. Unde cum cuncta reformando transformet, & fœda splendore illustret; ubi iustitia iuxta scripta in discursione processit, nec invenit ulla erimina, nec folia, queis scripta causa. Quodnam enim iusti iudicis iudicium, si in iudicio criminis nec allum folium? Nec vestigium remanet, quo iure vindicta fulminet: equidem industria ac virtute penitentia rumpuntur, ut evaneant, folia peccati.

Penitentia rumpitur in dicitur causa.

Ph. 146. 3. Nulla spes salutis sine contritione cordis.

7. Indicat apprime Palmographus vulnera facius, & penitentia in salutem restitutus. Magnus semper Dominus, sed claret maximus: igitur ille est, qui sanat contritos corde, & alligat contritiones eorum. Forma exhibetur imitanda ut cordium faneantur vulnera, ad que promptissima pietas, ubi salutis voluntas: exponunturque simul corde peccator contritus, & gratia celestis salus; quippe nulla vulneratis spes salutis, sine præmissa contritione cordis. Cordis contritio penitentiam indicat, penitentia vulnera connotat: nec tunc contritio & salus, ubi commissum scelus; quoniam putrescunt in peius cordium vulnera sine cordium penitentia. Sanat Deus, si dolet animus: insuper que alligat contritiones eorum, qui dolent commississe peccatum. Cur igitur a Propheta additur vulnerum alligatio, ubi salutem attulit cordis contritio? Ut constet penitentia virtus, dum averfatur seclus. Vulnera que ligantur, non apparent: sed dum vulnera dolent, Deus non tantum contritos sanat, sed vulnera cordis ligat; quippe contritis non solum redditur gratia, sed nobili medicina: igitur facit benigne præ penitentia, ut non apparent peccatorum vulnera. Ulterius. Sanat contritos corde, & alligat contritiones eorum. Quasnam igitur contritiones? Contritio ex peccatis optima: hæc nequaquam liganda, quippe non vulnera. Quas ergo contritiones ligat? Illas, queis contritos sanat: igitur si dolor vulneris tollitur dolore cordis; dolores dolores ligant, ut qui ita dolent, non doleant: quippe quam cum dolor sit de peccatis & etiam dolor de peccatorum signis; penitentia non tantum dolet peccatum, sed etiam peccati signum. Cicatrix index est vulneris: si vilnis non ligatur, cicatrix patet oculis: alligatque contritiones ita penitentia medica, si dolent corda; ut non apparent in faucibus vestigia vulnerum, vel ex cicatrice contritionum.

Illud, nec apparent vulnera.

Pauca tam suberunt præca vestigia fraudis. Virgil. Accinit Virgilius *Biog.* 4. v. 31. Non vulnera ligata in salutem, sed in fraudem, ubi in signum demonstrentur cicatricem. Ars curavit: ultra gratia ex contritione procedit, equidem si medetur penitentia, præca fraudis nec vestigia. Hoc intenditur, dum dicitur: *Fecit quoque Deus Ade & uxori eius tunicas pelliceas.* Quid ly *Quoque?* Aliquid signatur suppositivè. Magni exhibuit donum celestis inclyta pietas, & insuper addidit pelliceas penitentia rutilas tunicas: meditante dicitur *Quoque;* ut constet quid gratia appositum remissivè peccati: igitur si gratia Dominus sanabit ulcera criminis; fecit indumento penitentia, ne apparent in illis vestigia fraudis.

Ubi supr.

8. Apud Perlas non erat licitum, indutum sacco aulam Regis intrare. Si malum comitatur penitentia, nulli habitare oportebat nisi in aula. Ipsa est (inquit Petr. Canonherius in *Aphorism.* lib. 6. Hippocrat.) *scelerum collubio, tugurium paupertatis, umbra vanitatum, clauca omnium forditum, sentina seclitatum, armarium tragediarum, scena imposturarum, fomes amaritudinis, vitiorum anguis, crudelitatis anatomen, catena servitutis, cathedra falsitatis, bestia furiosa, monstrum nequitiarum, emporium scelerum, impurissimum asylum, flagitiorum compendium: scopolus adversitatum, naufragium honorum, caverna imaginarie futillis felicitatis, oraculum mendaciorum, confusio cunctarum rerum, oceanus tempestatum, conciliabula nebulorum, massa iniquitatum, chaos prudentia, aculeus iavida, putredo bonitatis, errorum nubes, sanguinaria voluptas, fucata prosperitas; mendaciorum supellex, malorum abyssus, congregatio simiarum, odyssea errorum, cyclopicum monstrum, panegyris ineptiarum, palatium scelerum & collegium. Ibi superbia, fastus, tumor, rapacitas, libido, luxus, livor, ira, crapula, violentia, impietas, malitia, perfidia, dolus, malignitas, crudelitas (& si que alia uspiam vitia, moreque corruptissimi) habitant, imperant, regnant; flagitiaque ludi regnantium. Ibi furentes centaurs, ibi perniciose chymere, ibi insipientes satyri, ibi fœdæ Harpyie, ibi dracones; quicquid fatalium monstrorum, infelicitate portentis uspiam super cœlestia natura, ibi habitat atque visitur: ibi omne virtutum genus suos patitur carnifices atque tyrannos. In summa aut nequitate insistentium, aut aliè cedendum.*

Esth. 4. 22.

Quid sit au.

Caroaher.

Lucan.

Facere omnia seve Non impune licet, nisi dum facis. Exeat aula, Qui

Qui volet esse pius. Virtus & summa potestas Non cœunt: semper metuet, quem sevo pudebunt. Ut canit Lucanus 8. *Pharsal.* vers. 892. & Claudian. 1. in *Rufin.* — Cum res hominum tantà caligine volvi Inspicere, lætosque diu florere nocentes, Vexarique pios. Et quod eius, vitia dicuntur virtutes, & magnis nominibus deaurantur iniquitates. Vide plura, si lubet, apud Ioann. Sarisburiens. de *Nugis Curial.* & Eberhard. Uveihe in *Aulic. Politic.* à n. 20.

Claudian.

Augustin.

Cur penitentia fugit ab aula?

Senec.

Ubi supr.

Rabb. Eliez.

9. Licitum ergo non est, cum sacco aulam Regis intrare; quia averfatur aula, vel speciem penitentia. Quid est enim infelicitus, quid perversus (inquit Augustin. quòd supr. cap. 12.) quam de ipso vulnerè, quod latere non potest, non erubescere, & de ligatura illius erubescere? Ligatura vulnera sanantur: sine ligatura corumpuntur, ita ut dolor evanescat, quousque visceribus noceat: horrenque aulici penitentia ex vulneribus faccum; quippe tantum placet in aula corruptio morum. Si faccum arripent in doloris signum pro vulneribus inflicis, exprimerent sanè causam habere doloris: unde cum flagitia illis sint plausus, vulnus salus, vitium virtus: faccum penitentia quam primùm visum amandant; igitur sibi videtur, nil habere, de quo doleant. Difficile curantur, quibus placet infirmitas, & est sine dolore dolorum anxietas. Voluptas ab omni parte quaritur: nullum intra se manet vitium. Præcepit luxuria est: honestatis oblivio imbasti: nihil turpe est, cuius placet pretium. Quomodo ad salutem revocari possunt, quos nemo retinet, populus impellit? Ita Seneca *Epist.* 41. & 95. Perperam sanabilis plaga, quandiu faucis erubet de medicina: equidem quò peccatores se nesciunt, eò deterius peccatores fiunt.

Pesimum gloriari de crimine.

Alciat.

Peccatorum infatigatio.

Et bonu.

Peccatori & gruit vestis penitentia.

teri prodituri in mundum ruent, dum illos fœdine indutos viderent: etenim occasio & lubrica ruina proximi, de peccato quasi de cultu gloriari. Hispanicè: *Hacer gala del pecado.* Exules extra paradillum exibat; ut poenas luere criminis, ex quo ruina fatalis totius generis. Peccatum exigit, ut deleatur, faccum, cinerem; queis delinquentes indicent animi contritionem: & veste illorum ex serpente viso, illico à Domino decernitur spoliatio; quia tæditi videre vestem ornatam peccati, cum habitum deberent assumere penitentia. En mundi infatigatio, & Dei offensæ prorsum oblitio. Exuvie monstrorum sunt victorum indumentum, uti de Alcide factum.

Contegit & Nemeës corpora nuda leo. Accinit Alciatus *Emblem.* 180. Econtra accidit peccatori, victo sapius à serpente, cuius eligit exuvias, in vanitates & infanias falsas; queis nequit esse respicientia, cum victorum removeat ignominia: etenim uti vestem gloriosam demonstrant crimen, quasi vicissent serpente. Nihil curant de morum reformatione, sed duntaxat de plaudentium vanitate, ardentibus criminibus iuxta placitum, ex quibus summum delinquentibus encomium, foventibus honestatis oblivionem, quoniam possint revocari aliquomodo in salutem: igitur audent perfricta fronte gloriari, de quo debent erubescere. Cui enim nisi amenti placere quibit, quod etiam oculus horret? Non apparent iuxta prudentium æstimationem, sed iuxta improborum consuetudinem: siquidem gaudibundi portant gloriosi uti ornatum, quod prudentes averfatur ut venenum. Habitu simulari intendunt vitam, flagitijs usqueaque mancipatam; quasi vulnera cordis operiri possent, quin magis simulatione clarent: igitur apparent hominibus ut serpentes, ubi pravos conantur deaurare mores.

11. Ita in exilium procedentium Deus vestes expulit; & ut indueret, pelliceas tunicas induit. Vestis pellicea penitentia animum demonstrat, quasi colabri morsus percussum pigoat: Deufque à penitentibus removet serpentis exuvias, elargiturque pelliceas; quippe eis qui à serpente morfi, congruit duntaxat vestis penitentia. Coram Deo est habitus gloriosus penitentia habitus. In Dei regia induit oculos lachryma, & facci corpora. In mundo datur probro, quantumvis peccent iniqui; cum sacco & cinere aulam regis intrare: igitur cum valeant vitia & magni ducantur iniquitates, gloriosior cultus in mundo cultus serpentis. Exulant protoparentes plorantes delictum, &

Deus

Deus præbet illis poenitentia habitum: gratia etiam patet in doctrina, indulgentie culpa præmissa misericordia: illosque atpero vestitu induit, ubi ab horto voluptatis expellit: quoniam si cultu serpentis cogebantur exire, habitu poenitentia poterant regredi. Hinc Chald. *Fecit vestimenta honoris.* Vernaculè: *Vestidos de gala:* igitur lapsorum gloria poenitentia in celesti regis aula; quippe per criminis poenitudinem, possident modò, quem amiserunt honorem.

12 Duo status sunt in Ecclesia iustorum, peccata scilicet ignorantium & poenitentium. Vide Ambrosium lib. 7. in *Luc.* cap. 11. Describuntur in coma Samsonis, à qua decor totius validissima virtutis.

*Animeque pulchrum crine virtutis caput Armatur operosa fide.*

Ut inquit S. Paulinus ad *Cytherium*, v. 537. Manet innocencia, virtusque anima valida, ni attingat ornamentum cogitationum eius ferrum, videlicet culpa. Allophyli, siue alienigenæ vim inferentes, sunt pravi affectus ac concupiscentia vires. Voluptas Dalia est, cuius dolo in exitium dormit ratio, sensu corrupto ex amore, urgente in somnu fragilitate, consensu amissa spiritus fortitudine, cuius defectu lavitur homo in potestatem hostium, ac in daemone ludibrium, qui voluptatem in errorem fingit, ne defectus è somno excitari possit. Samson oculos aperuit, & respicit, defectu virum cognovit, & quantum sua interesset, si vigilasset: etenim vana in blandimen & illecebram fiducia, levi oculorum ac rationis negligentia, gratiam amisit, quam nutrierat ab infantia. Aptius utilitatem provideret, si ante lapsum, quos post lapsum, oculos aperuisset. Plures utique post ruinam delectant sævi cruciatus, quia nec doloribus volunt aperire oculos. Spe decidit Samson? Nullo modo. *Capilli eius renasci cœperant: & apprehendens ambas columnas, plures interfecit moriens, quam ante vivus occiderat.* En historia sub qua trapologia mirifica. *Poenitentia adductus* (inquit Pier. Valerian. lib. 32. cap. 46.) *amissam studet comam reparare, donec pristino recuperato robore, peccato iam moriturus cum universo inimicorum conventu, extinctaque omni cupiditate & vitiorum manu, mundo etiam ipsi moriatur.* Ita exultant & insultant inimici animæ postquam capta est in peccatis; quorum prima sollicitudo illam est lumine privare rationis, ne redeat in mentis frugem, duram peccati cognoscens captivitatem. Sic dolus hostium Samsoni præcepit, quòd ante eos lude-ret. O animæ in peccato misera, tanto gra-

vior, quòd non cognita. Minimè peccator ex tenatus luderet, ni cæcus esset: igitur totus inimicorum implacabilium conatus, nil aliud nisi quòd mors obreperet inter lusus.

13 Uterius in poenitentia artificium procedamus. Samson ab hostibus victus est, sed victoribus prævaluit. Nil mirum: de casu doluit, cor lapsus pupugit, inundans oculos lachrymis, vel sine fulgore lucis. Unde cum Deus cor contritum non despiciat, imò gratiam poenitentibus conferat; ita qui corruit victus, victor prævaluit, ut quas vires ademerat culpa, tandem tandem restitueret poenitentia. *Præstitisti decori meo virtutem,* ut tendamus in criminum compunctionem, inquit David. Virtus est ex poenitentia, decor ex gratia. Si amittitur gratia status, illum restituit poenitentia virtus, qua paulatim in victoriam crescunt crines, uti Deo dicata cogitationes: virtusque iungitur decori gratia, ubi cor criminum affligitur, & affligitur dolore; quoniam per animum scelerum poenitentem, in pristinam peccator restitutus est virtutem. Poenitentia virtus est præterita mala plangere, & plangenda iterum non committere. Hac crescunt in victoriam validæ cogitationes, & decori gratia iungitur decor virtutis, cui consuluit Samson etiam in medio voluptatum hostium: igitur potius elegit illis & cum illis mori, quam posse denudò crines in ludibrium refecari. Vivere Deo poenitentia est institutum: patetque in Samsonis sacrificium cordis Domino acceptum; quandoquidem ut cupiditatibus, quæ vicerunt, dolens moriatur; sibi, ne denudò vincatur, moritur. Regula Pauli. *Ut qui vivunt, iam non sibi vivant.* Vivunt, sed non vivunt secum. Non sic vivere, mors est. Felix in vitalitate mors, qua virtus datur gratia decori, decorque virtuti: equidem Deo per poenitentiam vivus, sibi qui vixerit mortuus.

*Resistit poenitentia quicquid subtrahit culpa.*

Psal. 29. 8.

14 Articulum in vitam ex huiusmodi optabili morte, qua vera salus, graphice quo supr. cap. 9. profert Augustinus. *Constituto* (ait) *in corde iudicio, ad sit accusatrix cogitatio, testis conscientia, carnisq; timor.* Inde quidem sanguis anima contentis per lachrymas pluat (Cur lachryma dicatur animæ sanguis, in pretium captivitatibus, ac miraculum candoris, alibi dicam.) *Postremò ab ipsa mente talis sententia proferatur, ut se indignum homo iudicet.* Tunc sanè dignus vitæ, dum à se ipse adiudicatur morti. Canit vel Profanus in *Hyppolit.* v. 255. *Decreta mors est*

*— Dignam ob hoc vitæ reor, Quod esse te autumas dignam necesse.*

Augustin. Dignus vitæ, qui se arbitratur indigni un.

Senec.

Re-

Chald. Poenitentia lapsi gloria.

Cur poenitentia emblema Samsonis coma?

Fallax voluptat.

Iudic. 16. 22 49.

Pier. Val.

Vers. 25.

Recreescunt capilli in pristinam virtutem, ubi sui perse fovet criminosus damnationem; probatque consideratione vitam, studens in poenitentiam: quoniam constat virtuti duntaxat vivere, qui decernit sibi mori. *Fugite, & terga vertite*, est phrasia Tautologia. Dividuntur huiusmodi munia artificio poenitentia: equidem dum homo peccatum fugit, Deus, ne iudicet, terga vertit; quoniam si peccato plorat, post tergum projicit cuncta peccata, ne videat. Dicam cum Tertull. ad *Senator.* v. 84.

Cor. 49. 8.

Tertull.

*Corrige delictum fidamine; corrige mentem Sufficit peccare semel, desiste vereri: Non erit in culpa, quem poenitet ante fuisse.*

DIDASCALIA V.

Virginis-Matris encomium præmium laudantium.

DE Horis factum à Mythologis esse ac vivere cum Gratijs, ornarique fulgentissimis coronis, ut observat Vincent. Chartar. de *Deor. imagin.* fol. 354. *Soli tribuuntur* (subdit) *unde Sol Horus, sagittis ornantur, ac cœlum claudere & aperire dicuntur. Ideo duos calathos ferunt, alterum florum plenum, alterum fructuum.* Apposite dicere de Virgine Deipara possum, quod Claudianus in *Nuptijs Honor. & Maria,* v. 322.

Horarum forma. Chartar.

Claudian.

*Affectant alij quicquid, fingique laborant, Hæc donat natura tibi.* Sol Virgo Virginum est: Horæ signant tempus, coronam precarius globulis, ex quibus Rosarium sacrum, Virginis sertum. Verant preces

Ovid.

*Tot occurrunt gratia, quot Virgini offeruntur coronæ.*

Claudian.

*— Per amœna rosaria flores.* Coronæque iunguntur necio quo numine Gratijs, singulis Horis; ut umbraticè nostris deserviant mysterijs: etenim tot Virgo horis singulari è cœlo demittit gratias, quot grata accipit ab hominibus coronas. Qui supra ibid. fuccinit: *Amator potuit cœlum signare coronâ.* *Cur nullis Virgo redimitur pulchrior aëstris?* Magni æstimat, ubi flores inter sidera collocat: equidem que Virgini in terris ferta, in cœlo surgent ut astra. Cœlum corona signat in indicem acceptionis, dum audit ab adorantibus laudes, quæ officijs demereri fatagunt, post cursum vitæ ab illa elevari in cœlum: igitur gratia Virginis ibi futuri, ubi prius illorum sunt collocatæ coronæ. Gratiæ & gloriæ dar studiosis Angelicæ salu-

tationis, ut fulgeant in perpetuas æternitates: equidem per coronam in mundo accipientes gratiam, in cœlo recipient inenarrabilem gloriam. Hinc duplex calathus, & florum & fructuum. Fructuum gloriæ, florum gratia: etenim offerentibus coronam favet Virgo tam in mundo, quam in cœlo. *Flores mei fructus* asserit illa apud Sciradem.

Et quam acceptionis Rosaria

Ecclesi. 24. 23

Flores coalescant ex salutatione Angelica, quibus Virginis efformatur corona: fructusque dicuntur specimine florum; quoniam tam ad gratiam, quam ad gloriam, tam in mundo, quam in cœlo, nunquam flores inveniuntur sine fructu. *Genimina laborum & fructus oris* signantur huiusmodi laudes: equidem cum acceptet in remunerationem gratum Virginis pectus; verba dicuntur etiam in labijs genimina fructus: igitur in fructus gloriæ convertuntur gratia Virginis, qui in eius gratiam ex labijs profertur uti flores. *Flores fructus, & etiam honoris & honestatis.* Honestatis in gratiam, honoris in gloriam: videtur perspicuè Rosarij pretium, dum claret honoris signum: clucent salutationis momenta, quia cœlum signat coronâ, comitibus Gratijs, sequentibus Horis: igitur pro honore laudum, encomiasticis ostendit patulum cœlum. Honorantes honorat, plaudentes iuvat: collocata coronâ pro honore in cœlis, quippe nullis Virgo pulchrior redimitur aëstris.

Prov. 8. 20

Præmium, & pretium.

2 *Honoris & honestatis:* sic enim cum fructu flores: equidem flores cum dehonestate vitæ, sine fructu & sine honore. Hinc datur Horis & Gratijs cœlum claudere & aperire; ut constet fructus operum, atque simul flores laudum: equidem si ex floribus honor gloriæ, ac ex honestate vita gratia; clausas cœli inveniat portas, cui desuerit morum honestas: eis quippe non patet cœlum. *Qui Curios simulant, & Bacchanalia vivunt.*

Quando flores coronæ si ne fructus?

Iuvenal.

Quid iuvabant globuli crepitantes, devotionem in Virginem ostendentes, scelerum pleno pectore, ac malignissimo corde? Religionis magnificentiam larvam; ubi aptius, — *Cum sistro faciem portare cantant.* Nilque colis, dum cuncta colis, nec corde retractas

Tertull.

*Vera quid à falsis, quid ab umbris lumina distent.* *Obscudite me divini fructus, & quasi rosa plantata super rivos aquarum fructificat.* Fructificant rosæ (flores salutationis Angelicæ) si consonant vita & verba, laudes Virginis & opera: etenim sine fructu cuncti flores, modò non exaudiantur divina leges, *Rosa nocent moriturus:* ait Artemidorus in

Artemidor.

VVV.

Ro-